

ptis ab illo dirigendis moribus, regulis & præceptis concedunt, quanto ista præ illis animis ad bonam frugem revocandis aptiores? Porro Scriptores illi, populi institutione ferè neglecta, omnem vertunt curam, ut Sipientibus profint; quippe qui sub figurarum & allegiarum involucris singularem abdidit, his tantum viris perviam, Philosophiam.

Verum Judaicus Legislator, disertissimi Oratoris more, orationem suam ita in quinque Pentateuchi Libris attemperat, ut doctis æquè ac indoctis rerum, quæ dicuntur, ideam pro singulorum indole ingerat; eumque in præceptis tradendis modum servavit, ut neque plura sanciret, quam rudioris populi imbecillitas ferret, ne scilicet transgressionem ignorantia causarentur; atque ea præscriberet, quæ doctorum virorum meditationes, in abditis figurarum sensibus scrutandis, detinerent. Jure ergo de illo usurparetur, quod de Catone à T. Livio dictum: Cujus gloria neque profuit quisquam laudando, nec vituperando quisquam nocuit, cum utriusque summis præditis fecerint ingeniis. Frustra in illum oblatrarunt Porphyrius, Appio, Julianus, quorum calumnia viro in majus celebrando valuerunt; si enim laudandum illum suscepissent, reponi merito laudantibus potuisset; Ut quid vos laudatis hominem, quem nemo reprehendit unquam?

Leges, uti jam inuimus, Mosaycorum operum majorem partem occupant; reliqua ad eundem scopum referuntur. Primus omnium Decalogus occurrit, juris divini & naturalis summa; præcepta judicialia & caeremonialia succedunt, quæ scilicet imbecillioris populi indoli serviant. Cum enim regulis illis idem semper constansque tenor manere non deberet, sed pro rerum vicissitudine immutari atque variari: quinimò cum & suum tandem locum veritati, quam tantum adumbrabant, essent factura; idè plura Deus deteriora Israelitis indulgit, quæ tamen ipse abrogari penitus maluisset, ut Polygamiam & Divortium in Lege tolerata. Plurimarum caeremoniarum & rituum, ultra nullaque peculiari ratione præscripta observantia videtur, nec alius fortasse Dei præcipientis scopus constituendus est, quam Judæorum pervicacia, atque removendi illos ab idololatria, & consuetudine Gentium consilium. Prævos etiam ritus, contrariâ invecitâ consuetudine, iis præscriptis caeremoniis correxit; vel si non contrariis invecitis, saltem prioribus aliquantò immutatis, vel salvi illi ad Dei cultum translati, ut ex pravis in religiosas caeremonias deducerentur. Ità enim imbecillioris populi, atque sanctioris disciplinae incapax ratio habenda fuit. Dura siquidem cervix arduo horum præceptorum iugo edomari debuit, quod & elatioris illorum spiritus reprimere, atque imbecillitatem suam experti, Liberatoris necessitate sentirent.

Omnes ferè à Deo in veteri Lege facta Judæis promissiones, intra bonorum temporalium limites continentur; sicut &

poenæ tantum temporariæ atque sensibiles in transgressores indictæ. Præcepta nonnisi ferè in politia civili, vel externo Religionis cultu dirigendo versantur; præcepto interim amoris Dei semel tantum in tota Lege expresso (l). Mysterium SS. Trinitatis apertis verbis disertè nunquam, deductis tamen ex sententiis ibidem expressis consequentis quandoque inferitur; nullus perspicuus de poenarum & præmiorum æternitate, sicut & de animarum immortalitate textus. Deus plerumque ore ad severitatem, minas, ultionem, atque ad zelum & auctoritatem suam exerendam composito exhibetur. Intimas cordis dispositiones nullas Moyses exigit, in exterioribus tantum corporis habitudinibus se continens; quod scilicet eâ essent cordis mentisque habitudine Judæi, ut nihil perfectius vel sapere ipsi, vel affectare valuissent. Voluit nimirum Deus, ut Moyses primas tantum summorum futuræ Religionis præceptorum lineas, atque operis à Jesu Christo dein perficiendi crepundia duceret. Hinc nihil ab illo nisi imperfectum & intra figurarum limites, nihil quod demum à Christo Jesu non perfectionem & complementum acciperet. Potissimum Legislatoris studium in eo versatur, ut de futuro Liberatoris adventu, quod sanè Patriarcharum & populi vota collimabant, oracula etiam atque ingerat. Quare statò tantum tempore perseveraturæ Leges à Moysè sancitæ sunt, à Messia demum, una cum cordium mentiumque sensibus, reformandæ.

Provido verò Divinæ Sapientiæ consilio ita Leges illæ temperatæ sunt, ut rudiorum imbecilliorumque viribus congruerent. Qui verò intelligentiæ acumine præstabant, illi literæ ductu ad penitentiorem doctrinam scrutandam pervadebant. Ex quo enim Deum talem se exhibuisse hominibus legerent, ut Deas proderetur, illud etiam facile poterant intelligere, reipsâ sibi alium finem præstitui, quam qui in Libro Legis rudibus ingeniis constitueretur. Deum insuper omni corporis admittance liberum, justum, bonum, æternum, non solo externo, & sensibili cultu, sed & interno, mente & spiritu impenso, delectari facile intellexissent. Tandem post tot amplissimas promissiones, à Deo Patriarchis exhibitas, quarum dum illi viverent, fide nunquam se liberasset, quis, rogo, alterius vitæ & felicitatis certam sibi spem non spondidisset?

Totus Pentateuchus unius ejusdemque Authoris opus, unum eundemque finem spectat; quin & perpetuâ serie univèrsa olim Biblia continuari Judæi testantur. Quæ modò obtinet in 5. libros divisio (m) ad arbitrium invecita est; cum totus æquè liber Genesis usque ad cap. 12. Exodi continuari potuisset. Tituli Græci singulis libris præfixi sunt. Genesis sonat Generationis, historia nempe genealogiæ & rerum à Patriarchis gestarum; Exodus redidit Egressus, ex Aegypto nempe; Leviticus Leges Sacrificiorum respicit; quæ scilicet Sacrificia à filiis Levi offerri de-

Deut. 6. 5.

m Pseudo Philo in lib. de Mundo hanc divisionem ab ipso Operis Authore Moysè repetit; sed dicitur nullam afferat rationem. Jesus Christus & Apostoli totum illud Opus nunquam, nisi sub uno Moysè vel Legis Mosayca nomine, laudant; quod etiam apud Judæos nostra ætate obtinet. Non invecitâ hæc divisio in quinque libros tribuendam, quod maxime probat additamentum, præfatæ loci, Deuteronomio præpositum. Septuaginta hæc divisionem jam antea induam servarunt.

buerant; Numerorum liber ex censu familiarum, unde Opus instituitur, nomen obtinuit; Deuteronomium Græcâ voce secundam legem significat; quippe quod omnes ferè Leges in eodem Libro repetantur. Apud Hebræos tamen singulis illis nomen inscribitur ex voce, quæ in capite Operis occurrit; ita cum prima vox Genesis in Hebræo legatur *Beresith*, ex illa nomen Operi impositum; eademque methodo Exodus *Veelle Schemot* vocatur. Uno tamen eodemque contextu quinque illos Libros à Moysè scriptos credimus, ut proinde librorum & capitum divisio recentiori manu invecita videatur.

Opus istud omnes, quotquot ad nos pervenerint, Græcos libros vetustate superat. Quin & sicet illæ earum Gentium historiæ ex sacrorum Librorum fonte plerumque deducuntur. Optima etiam quæcumque è libris Moysis suffuratos veteres Philosophos & Legislatores, vulgò SS. Patres arguerunt. *Quis Poetarum (n), quis Sophistarum, qui non de Prophetarum (nempe Authorem sacrorum) fonte potaverit? Invidè igitur Philosophi sitim ingenii sui rigaverunt.*

n Tertul. cont. Gen. c. 47.

* Hieron. Præfat. in lib. Regum. Samaritanum Pentateuchum Moysi totidem literis scripserunt, figuris tantum & apicibus dissepantes. Certum est Esdræ Scribam & Legis Doctorem, post captam Jerusalem, & instaurationem Templi sub Zorobabel, alias literas repetisse, quibus nunc utimur; cum ad illud usque tempus eisdem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint. Vide intram Dissertationem in illud argumentum, an Esdras veterum characterum formam immutavit? o Corruptum à Dositheo Textum Samaritanum autumat Usserius; incorruptiorem Hebræico defendit P. Morinus.

ferendum. Alii corruptum credunt à Dositheo, apud Origenem noto. Loca omnia, in quibus Samaritanum Hebræico saniorum vel corruptiorem judicat, exactissime notavit D. Clericus in Pentateuch. indice 2. Ita saniorum arbitratur Gen. 2. 4. & 7. 2. & 19. 19. & 20. 2. & 23. 39. & 34. 14. & 49. 19. 11. & 50. 26. Exod. 12. & 42.

Analogiam servat magis Gen. 31. 39. & 35. 26. & 37. 17. & 41. 34. 43. & 47. 3. Deut. 32. 5.

Glossis & additionibus inferitur Gen. 39. 15. & 30. 36. & 41. 16. Exod. 7. 18. & 8. 23. & 9. 5. & 21. 20. & 22. 5. & 23. 19. & 32. 9. Levit. 1. 10. & 17. 4. Deut. 5. 21.

Criticâ quâdam manu correctus videtur Gen. 2. 2. & 4. 10. & 9. 5. & 10. 19. & 11. 21. & 18. 3. & 19. 2. & 20. 16. & 24. 38. 55. & 35. 7. & 36. 6. & 41. 50. Exod. 1. 5. & 13. 6. & 15. 3. Num. 22. 32.

Plenior est Hebræico Gen. 4. 8. & 11. 31. & 19. 9. & 27. 34. & 39. 4. & 43. 25. Exod. 12. 40. & 40. 17. Num. 4. 14. Deut. 20. 16.

Mendosus est Gen. 20. 16. & 25. 14.

Cum Septuaginta cohæret Gen. 4. 8. & 19. 12. & 20. 16. & 23. 2. & 24. 5. 62. & 26. 18. & 29. 27. & 35. 29. & 39. 8. & 41. 16. 43. & 43. 26. & 49. 26. Exod. 8. 3. & alibi sæpius.

Recedit interdum à Septuaginta, quod adversus Usserium valet; quippe qui corruptum à Dositheo ad Textum Septuaginta autumavit. Genes. 1. 7. 5. 29. 8. 3. 7. 49. 22. Num. 22. 4.

Liber Genesis historiam complectitur à Mundi creati exordio usque ad obitum Josephi Patriarchæ; annorum scilicet 2369. juxta Hebræum textum & Vulgatam. Scriptus creditur à Moysè in desertis Arabiæ, cum, post murmur populi in Cadesbarne, 40. annis in ea solitudine errare cogerentur. In eo verò nomen *Jehovab* exprimit, quod à Deo in visione ad montem Sinai didicerat; animalium etiam purorum ab impuris discrimen, Noemi historiam describens innotuit; ex quo satis intelligimus, post rogatas eas Leges de animalium discrimine, sicut & scriptas Leges ceteras, ac post castrametationem ad Sinai, operi scribendo manum admovisse. Cum autem (q) fontem Judicii commemoret; quod sanè nomen primò post seditionem populi ibidem ad aquas contradictionis inditum loco videtur (r), nonnisi postremo itineris per desertum biennio eam provinciam suscepisse (nisi fortè hæc alienâ manu in textum irrepererint) deducitur.

Primorum capitum Geneseos literalis interpretatio ardua est adeò, in iis potissimum, quæ ad Protoparentum peccatum, sicut & ad sententiam in illos & in anguem dictam, spectant, ut eorum lectio nonnisi post annum ætatis 25. vel 30. Judæis permittatur.

Ut autem vera fateamur, acceptâ à Patribus orali traditione Moyses ea omnia, quæ de creatione Mundi, diluvio, & Patriarcharum ætate narravit, didicisse potuerat. Noe etenim, qui filios & nepotes

p Orig. cont. Cels. l. 1. in. Matb. tract. 27. in Jo. 10. 14.

q Gen. 14. 7.

r Vide Num. 20. 8. &c.

Ada-

Adami superstites viderat, ad ortum circiter Abrahami vitam produxit; & Abraham vicissim cum Sem filio Noe sua aetate nondum vita sancto, consuetudinem facile habuit. Ab Abraham vero usque ad Moysen soli tantum tres viri intercesserunt, Isaac, Jacob, & Levi; quare servatas in familiis Judaicis earum rerum traditiones, & memorias facile Moyses collegerat. Neque enim, nisi ex scriptis Familiarum commentariis, Genealogias, rerum gestarum tempus, historiarum eventus omnes, certumque annorum vitae Patriarcharum tempus adeo exacte rescisse poterat.

s Josu. 10. 13.

Liber Justorum, in Josue (s), & in 2. Reg. 1. 18. laudatus, ipsissima videtur historia Veterum Patriarcharum. In 1. Par. 7. 20. & c. praelium legimus, cum Judaei in Aegypto essent, commissum, de quo ne verbum quidem in libris Moysis; quin & in nominibus, & Genealogiis in pluribus Scripturae locis varietas, non aliunde fortasse, quam ex Scriptorum & Exemplarium varietate, & multiplicitate originem duxit. Fatemur quidem rariorem fuisse ante Moysen scribendi usum, nec defunt Gentes quamplurimae, a quibus scribendi ars diutius exulavit; sunt etiam qui Homerum ipsum nihil scriptis mandasse contendunt. Sed quenam est in historia illorum populorum obscuritas, & tenebrae? Quot fabellas pro historiis ejus aetatis, nulla

scriptorum monumentorum memoria notis; Graecia non obtrusit? Quot in religione & in Genealogiis indigna? Nihil tale apud Hebraeos; singulis enim suis decor, unus & perpetuus narrationis solidae & exactae tenor; quae sane omnia scriptis rerum gestarum Commentariis, a Moysse consultis, accepto referenda sunt.

Sed quorsum haec ad eam auctoritatem Pentateucho asserendam, quam nos Operi tribuimus, nisi etiam Divino Spiritu afflatum Sacrum Scriptorem dixerimus? Divino, inquam, Spiritu, qui abditae quaeque scribenti pandebat, obscura alioqui & incerta; certis vero asserisque, aliorum relatione vel traditione cognitis, Divinam, atque infallibilem auctoritatem asserbat. Hinc Isaias cap. 44. 7. 8. & c. Dei Israelis supra ceteros aliarum gentium auctoritatem, & majestatem exaggerans, populo suo ea pandisse ex veteribus historiis narrat, quae frustra alii ab Idolis suis requisivissent. Quis similis mei? (ait Dominus) ordinem exponat mihi, ex quo constitui populum antiquum: ventura, & quae futura sunt annuncient eis... Ex tunc audire te feci, & annunciai. Vos estis testes mei, numquid est Deus absque me, & formator quem ego non noverim? Eadem apud Origenem legas (t). Unde enim poterat Moyses, vel qua ab origine Mundi gesta sunt, vel qua in fine ejus gerenda erant, narrare, nisi per inspirationem Spiritus Dei?

t Homil. 26. in Num.



DISSERTATIO

DE MATERIA ET FORMA VETERUM LIBRORUM,

AC VARIA SCRIBENDI RATIONE.

Vetustissima omnium scribendi ratio, quantum scimus, imaginibus quibusdam vel literis, in lapide lignove insculptis, constabat; cujus generis scripturam vetustissima Aegyptiorum & Chaldaeorum monumenta exhibent. Hunc scribendi morem antequam diluvium obtinuisse Josephus (a) testatur, cum filios Seth contra duplex diluvium, per aquam primum, deinde per ignem, quod Mundo imminere norant, geminas columnas, lapideam alteram, ut aquarum injuriis resisteret, alteram fictilem, ne igne corrumpere, observationibus astronomicis, a se primum factis, inscripserat. Has columnas vidisse se idem Historicus sibi persuaserat. Nostras in hunc Josephi locum conjecturas dedimus

a Antiq. 1. 1. c. 3.

in Commentario ad cap. 6. Genes. vers. 13. Veterum columnarum in Insula Cretae extantium, in quibus insculptis characteribus ritus Sacrificiales Corybantium exhibentur, Porphyrius meminit (b). Euhemerus (c), Sanchoniato (d), Herodotus, Dioscorus Siculus, alique, easdem veteres inscriptiones, historias suas adornaturi, consuluerant. Characterum vulgariarum & communium inventionem Phoenicibus auctoribus Lucanus deputat; cum antea, ait, Aegyptiorum hieroglyphica lapidibus insculpta obtinuissent (e).

Phoenices primi, fama si creditur, ausi Mansuram rudibus vocem signare figuris; Nondum sumineas Memphis contextere Biblos Noverat: & saxis tantum volucresque, feraque

Scul-

b de abstin. 2. c Lactan. Instr. 1. 1. d Theodoret. Ser. 2. ad Greg.

e Lucan. 1. 3.

Sculptaque servabant magicas animarum linguas.

Haec scribendi ratio per insculptas animalium figuras sub secundo Rege Memphis primò excogitata fertur (b). Porro primus Rex Menes idem ac Cham filius Noe creditur: secundus, Thoth; apud Graecos primus Mercurius dictus est. Alter Thoth, sive secundus Mercurius quae hieroglyphicae scripturae à primo Thoth de medicina commissa invenit, ea vulgaribus characteribus tradidit. Undenam vero vulgares literas accepit secundus Mercurius, nullibi apud Historicos legimus; nec alter sanè in Aegypto ante illum usus huius characteribus occurrit, nisi fortasse Moyses, qui saeculo ante hunc secundum Mercurium praecedenti, juxta Marshamum, florebat (c): facile autem nonnullis ante utrumque virum sculis, Phoenices enim scribendi morem invexerant; neque enim Moyses aetate primò obtinuisse videtur. Nostra etiam aetate translata ex Aegypto statuae & columnae perpetuis inscriptae hieroglyphicis supersunt; atque ea scribendi ratio, etiam post inventas literas in sacris & publicis monumentis diutius perseveravit. Antiquitati etiam nota sunt scripturae in tabulis aeneis & plumbeis exaratae, cujusmodi in tabulis Hesiodi carmina primò scripta, eademque thesauri loco in Templo Musarum in Bœotia servatas narrat (d). Earum maxime utas in scribendis foederum, pactorum, atque legum conditionibus fuit; quemadmodum non rara exempla, sicut & in Scriptura monumenta Romanorum, Lacedaemonum, & Judaeorum exhibita demonstrant.

b Marsham. fac. 1. ex Syn-cello.

c Moyses videbat Sac. 9. Thoth secundus 10.

d Utilité des Voyag. de M. Baudelot de d' Airval.

e Plin. 1. 7. c. 5. 6.

f Plutarc. & Diogen. in Solon. Gell. in lib. 2. c. 12. g Vide Menagii Not. in Solon. Diog. Laert.

Observationes astronomicae Chaldaeorum 720. annorum tabulis lateritiis mandatae erant, juxta Epigenem: Epigenes apud Babylonios 720. annorum observationes siderum costibus laterculis inscriptas docet, graecis Auctor imprimis (e). Leges à Solone in tabulis ligneis, auctore Plutarcho, Aulo Gellio, & Diogene Laertio, datae sunt (f); hinc, Suida teste, Axones illas appellari contigit. Supererant etiam Plutarchi aetate earum Legum fragmenta [g]; quanquam nonnullas in lapidibus exaratas, extantibus adhuc sua aetate reliquis, Harpocration narrat. Quae igitur generales Leges erant, sive de Sacrificiis decernebant, illae lapideis tabulis insculpebantur; quae vero particulares, ligneis commissa. Lapideae tabulae triangulares, Kyrbeis appellabantur; ligneae, quadrangulae Axes, vel Axones. Scripturae generis in illis idem servatum est, quod Bouphrotædon Graeci appellant, nempe versus à leva in dextram; & vicissim alternatim ductis ad instar sulcorum, quos boves arantes in agro imprimunt. Leges duodecim tabularum apud Romanos roboris pariter tabulis commissa fuisse Scaliger autumavit; quamquam eboreas textus Pomponii J. C. praeferebat (h).

h De orig. Juris 1. 2.

i Plin. 1. 13. c. 11.

Tabulae sive pugillares apud ipsum Homerum commemorantur: Pugillarum usum fuisse etiam ante Trojana tempora invenimus apud Homerum [i]. Porro pugillaria, in quibus acta Judiciorum scribebantur, Zanides, Aristophanes appellat [k]. Longobardi, cum primum in Italiam venissent, in pugillaribus tenuissimis, & teretibus scribebant, quorum aliqua vidisse se earum gentium characteribus exarata Pancirolus testatur. Solebant autem pugillaria cera liniiri, atque ferreis stilis, sive aereis, aut ossibus literae in eadem cera insculpi; stili vero altera pars acuta ad literas exarandas, altera teres ad lituras inducendas; nec defunt, quorum caput ad instar coclearis rotundi exibeatur, cui insistentes digiti teretem instrumenti partem supra ceram comprimebant: Stilus ferreus alia parte, qua scribamus, alia, qua delectamus, affabre factus est (l). Et Horatius lib. 1. Sat. 10.

k In Vespis pag. 490.

l Aug. de vera Relig. c. 20

Sape stilum veritas, iterum, qua digna legi sint, Scripturus.

Prudentius etiam Hymn. 9. de S. Cassian.

Inde alii stimulos, & acuminata ferrea vibrant;

Qua parte aratis cera sulcis scribitur, Et qua secti apices abolerentur, & equoris birri,

Rursus nitescens invenitur area.

Ex his tabulis fasciculus simul compactus librum constitutebat, dictum etiam Codicem, vel Caudicem, nempe sultum; quod scilicet refert sultum ligneum in tabulas dissectum: Antiqui plures tabulas conjunctas, codices dicebant [m]; & Seneca (n); Plurimum tabularum contextus, Caudex apud Antiquos dicebatur. Huiusmodi inscriptae Epistole inter amicos missabantur; lineae tamen tela involuta, atque tera quadam vel tera Asiatica obsignata (o). Erant etiam buxæ, & eburneae tabellae, sed non in usum familiares. Nec defuerunt tabellae, sed rariores, etiam postquam charax, & membranae usus invaluit.

m Varr. 1. 3. de vita pop. Rom. n De brevitate vit. c. 21. o Plantus in Bacchid. . . . Affer citid. Pist. Quid? Chryl. Stilum, coram, tabellas, & linum.

Post tabellas palmea folia successerunt, ac deinde tenuiores & leviores arborum cortices: In palmarum foliis primo scripturatum, ait Plinius (p); deinde quarundam arborum libris. Et Virgilius ita Sybillam describit;

p Lib. 13. c. 11.

Insanam vatem aspicias, qua rupe sub ima Fata canit, foliisque notas, & carmina mandat;

Quaecumque in foliis descripsit nomina Virgo,

Digerit in numerum.

S. Isidorus carmina quadam Cinnæ in foliis descripta laudat.

Levis in aridulo malva descripta libello, Prusiaca vixi munera navicula.

Cum vero ea scribendi ratio usui incommoda deprehenderetur, intus quarundam arborum cortex familiaris obtinuit, veluti fraxini, ulmi, tilla; aceris, fagi, populi, ulmi &c. Inde vero Libri nomen inditum: Liber dicitur interior corticis pars, qua ligno cohaeret [q]. Cum autem cortices illi, ut facilius transferrentur, in volumen complicari solerent; inde voluminis nomen (r), quod etiam ad volumina chartacea & membranacea postea translatum est.

q Servius.

r Valla Elegant. 1. 6.

Papyrus genus erat calami, ad Nili ripas